Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Mertuo ergo in adam omnes moriuntur. In xpo omnes uiuificantur. per unum enim
hominem ait apostolus peccatum intrauit in hunc mundum. & per peccatum mors.
& ita omnes homines pertransiuit in quo omnes peccauerunt. definita sententiae.
In adam in quo omnes peccauerunt. solus esse innocens in fans potuit qui de opere
adam non natus est. Ecce enim ueritatem dilexisti incerta & occulta sapientiae tuae
manifestasti mihi. ueritatem dilexisti. In punta peccata & iniquitates eorum quibus
ignoscis non relinquisti. ueritate dilexisti. sic misericordiam pro erogasti.
ut seruares & ueritatem. Ignoscis confitenti ignoscis sed seipsum puniente.
ita seruatur misericordia & ueritas. misericordia qua homo liberatur.
Ueritas qua peccatum ponitur. Ecce enim ueritatem dilexisti incerta & occulta
sapientia & uae manifestasti mihi. quae incerta quae occulta quae dignoscit.
& talibus mihi tam occultum mihi tam incertum. Ad hoc incertum. ninuitae
paenitentiam egerunt. Dixerunt enim quamuis post minas prophetae.
quamuis post illam uocem. triduo & ninuae euertetur. dixerunt apud se
potendam esse misericordiam & dixerunt ita disceptantes. quis nouit si
flectit in melius sententiam suam & misereatur. Incertum erat cum dicitur quis
nouit. Dei incerto paenitentiam egerunt certam misericordiam meruerunt.
prostrauerunt se in lacrimis. induitur in cilicio in cinere. prostrauerunt
se gemuerunt fleuerunt pepercit. stetit ninuae a euersa est.
ninuae. Aliter quidem uidetur hominibus & aliter uisum est deo. ego autem
puto impletum fuisse quod prophetae praedixerunt. respice quae fuit ninuae
& uide quae euersa est. euersa in malo aedificata in bono. sicut euersus saulus
persecutor aedificatus praedicator quis non dicere ciuitatem istam in qua
nunc sumus feliciter euersam. si omnes illum synagogis suis deserat ad ecclesiam
compuncto corde concurrerent. di misericordiam desuis factis praeterit sinuo
carent. non nediceremus ubi est illa carthago quia non est. quod enim euersa est.
sed si est. quod non enim aedificata est. Ita dicitur hieremiae. ecce dabo uobis enim
dicare. subfodere euertere disperdere. & rursus aedificare plantare.
Inde est illa dni uox ego percutiam & ego sanabo. percutit putredinem facinoris.
sanat dolorem uulneris. faciunt hoc medici secant. percutiunt & sanant.
Arma mise ut feriant. ferrum gestant & cuncta euenunt. sed quia peccata
magna erant ninuitarum dixerunt. quis nouit hoc incertum. praefecerunt
dis seruos suo dauid cum enim dixisset. stante & sanguente prophetae peccau
fratum audiuit prophetam id est abspudi quem in prophetam missum est tibi peccatum
tuum. Incerta & occulta sapientiae tuae manifestauit ei.